expectantes. Pater uero fiduciam habens in domino
promerita sancti ei uotum emisit. noua se syndo
ne beati francisci opertum altare. si filium sibi
reuocaret ad uitam. Et ecce circa mediam noc
tis horam cepit iuuenis oscitare. et calescen
tibus membris uiuus exurgens et sanus in laudis uer
ba prorupit. Sed et clerum qui conuenerat et popu
lum uniuersum. excitauit ad laudes et gratias deo
et beato francisco cum mentis leticia persoluendas.
Puerulus quidam Gerlandinus nomine. de ra
gusia oriundus. uindemiarum tempore ad uineas
exiens. cum in uase uinario ut utres impleret
sub torculari se mitteret: repente per grandes
lapides commotis in se lignorum struibus. caput
ipsius letali percussione quassauit. Festinauit
continuo pater ad filium et desperans obrutum non
adiuuit. sed eum sub onere sicut corruerat sic re
liquit. Accurrunt expediti uinitores. magni
clamoris uoce lugubre audientes. et multo
quoque cum patre pueri dolore completi. extraxerunt
iuuenem iam mortuum de ruina. Pater uero ipsius
ihesu pedibus se prouoluens humiliter precabatur ut fi